Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



fortune est ut hominem amet homo. uide quam beatus sim quide fortu
itis tam multum gaudeo. et talia bona fateor. desidero mihi ubestim
adcrescere. Fortune autē bona. uerissimi sapientes. quos solos beatos
fas est uocari. nec timeri uoluerunt. nec cupi. ancupiri. tu uideris.
et uelle accidit. Nam uolo me declinationis huius gnarum facias.
Cum enim adiungo uerba similia. incertior fio. Nam ita est cupio.
ut fugio. ut sapio ut iacio. ut capio. Sed utrum fugiri an fugi. Utrum
sapiri an sapi sit modus infinitus. ignoro. Possem attendere iaci. et capi.
ni uererer ne me caperet. et pludibrio iaceret quod uellet. qui actū
et captum aliud fugitum cupitū sapitum esse conuinceret. Quae item
tria. utrum pene ultima. longa. et inflexa. angnaui. breui quae
pnuntiandasint. similiter nescio. Prouocauerim te ad epistolam
longiorem pro ut paulo diutius te legam. Nam non quae sotantum
dicere. quantum uolupe est legere et e.

EXPLT EPL SCI AGUSTINI AD NEBRIDIUM.

IN CPNT SILUANUS.

senex. ualentinus. aurelius. innocentius. maximinus.
optatos. agustinus. donatos. et ceteri epi.

DE CONCILIO ZERTENSI AD DONATISTAS.

Cum in auribus nris fama crebesceret. hoc uobis uros
epos dicere cognitorem premio fuisse corruptum. ut con
tra eos sententia pferretur. Uos autem ista facile
credere. propterea multos urm ad hoc nolle adquies
cere ueritati. placuit nobis cogente dni caritate ex con
cilio nro haec ad uos scribta dirigere. quibus primitus ammo
nerem in illos uobis uictos atque conuictos haec mendacia iactare.
Qui etiam in suo mandato quod pilla collatione fecerunt. et suis nomi
nibus atq: subscribtionibus firmauerunt. nos illi tradidores
et psecutores suos esse dicentes. in falsitate atq: mendacio mani
festissimo detecti atque conuecti sunt. Ita ut uolentes gloriari